

	Tempus Horol. oscill. H. / //	Temp. correct. H. / //		part. mi- crom.	Val. part. micr. / //	Quan- titas defec- Dig. /
72	3. 43. 27	3. 42. 45	Eclipsis jam certe finita videtur			
73			Diameter Lunæ.	80	32. 0	
74			Pal. Maræot. à prox. marg. Lunæ	2	0. 48	
75			M. Porphyrit. à prox. marg. ☽.	7	2. 48	
76			Lac. nig. maj. à prox. marg. ☽.	8 $\frac{1}{2}$	3. 24	
77			M. Sinai à prox. marg. ☽æ.	12	4. 48	
78	4. 0. 0.	3. 59. -	Penumbra adhuc nudis oculis percipitur.			

Fig. I. Schema hujus observationis exhibet.

Per totum fere observationis tempus cœlo fruebamur sereno ; tem-
pore tantum intermedio inter Emerfionis initium & finem, Luna immer-
gebatur nubibus disciffis, ita ut nunquam penitus eriperetur conspectui
nostro. Umbra terræ admodum rubescens valde transparebat, ut non
modo majores maculæ obscuræ per eam conspici possent, sed etiam ma-
culæ minores lucidæ in ipsa umbra aliquem splendorem retinerent, quod
præsertim notavi in Inf. Besbico & Byzantio cum ab umbra obtegeren-
tur, eæ enim admodum distinctæ in ipsa umbra apparebant. Post im-
merfionem color Lunæ rubicundus erat, sed versus centrum umbræ cum
atro colore mixtus. Apparebat itaque circa centrum umbræ terræ ni-
grior quasi macula, quæ versus limbos umbræ sensim diluebatur. No-
tavi aliquoties per tubum 7 pedum apparentiam Lunæ obscuratæ, & di-
versam obscuritatem in ea. Videbatur vero mihi Lunæ discus obscu-
ratus

- Hor. 1. 27'. ut Fig. II.
- Hor. 1. 48. ut Fig. III.
- Hor. 2. 1. ut Fig. IV.
- Hor. 2. 29. ut Fig. V.
- Hor. 2. 35. ut Fig. VI.

Tempore initii umbra terræ Lunæ discum intrabat inter Pal. Maræot. &
Montem Porphyrit. propius tamen Paludi Maræotidi. Immersio totalis
con-